



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Speculum Magnvm Episcoporum, Canonicorum,  
Sacerdotum Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

192. Traditionem Apostolorum fideliter conseruare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](#)

in Ecclesia Domino præsentabat, & pro 7. donis  
Sp. S. semel dominicam orationem & salutatio-  
nem angelicam fundebat in honorem 7. effusio-  
num sanguinis Domini. 1. in honorem sanguinis  
effusi in circumcisione & petebat donum pientie  
& virtutem castitatis. 2. In honorem sanguini-  
ns effusi in horto & petebat donum intellectus  
& virtutem abstinentiae. 3. In honorem effusi  
sanguinis in columnæ & petebat donum cœn-  
tiae & vinculum charitatis. 4. In honorem san-  
guinis effusi in coronatione spinarum, & pete-  
bat donum timoris, & virtutem humilitatis.  
5. In hon. &c. in fixura manuum, & petebat  
donum consilij & virtutem misericordie. 6. in  
hon. in fixura pedum & petebat donum for-  
titudinis & virtutem perseverantiae. 7. in hon.  
&c. ex vulnera lateris, & petebat donum pietatis,  
& virtutem patientie.

## SIGNVM CXCII.

*Traditionem Apostolorum fideliter conservare, eaque omnem hereticorum per-*  
*tinaciam infringe-*  
*re.*

Lydius 12-

1. Renæus Episc. Lugdunensis: Maxime, a. & p. diser. n. 12  
antiquissima & omnibus cognita, ag'oriosissimus n. ad. ix  
duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & consti- ta metalla  
ab auro.  
tute Ecclesie, eam quam habet ab Apostolis traditionem Potentissi-  
& anunciatam hominibus fidem, per successiones Episco- mum telum  
perum prouenientem usq; ad nos, in licates, confundimus aduersus  
hereticos.

D d d 4

vñnes

omnes eos , qui quoquo modo vel per sui placentiam  
lam vel vanam gloriam , vel per cunctatem & malam  
sententiam , præterquam oportet colligunt . Ad hanc autem  
Ecclesiam , propter sui potentiores principaliatatem , ne-  
cessum est omnem conuenire Ecclesiam , hoc est , eorumque  
vndique fideles , in qua semper ab his qui sunt vnde-  
seruata est ea quæ est ab Apostolis traditio . Hista-  
prouocans ad omnem antiquatum Ecclesi-  
rum , potissimum Romanæ ab Apostolis man-  
tinentem traditionem , hæreses omnes prodi-  
nit ,

*De prescr.* 2. Tertullianus Presbyter etiam prouocat Ecclesiæ Apostolicas & sic infert : Constat proinde omnem doctrinam , quæ cum illis Apostolicis Ecclesiæ , matricibus & originalibus fidei conspi-  
ret , veritati deputandum , id sine dubio tenetem  
quod Ecclesiæ ab Apostolis , Apostoli à Christo  
Christus à Deo suscepit : reliquam vero doc-  
trinam de mendacio præiudicandam , quæ super  
contra veritatem Ecclesiæ , & Apostolorum  
Christi , & Dei .

3. Cum sub Pont. Maximo Stephano granu-  
ma esset mota quæstio de hæreticis ad Ecclesias  
redeuntibus sintne illi baptizandi , emicuiuslo-  
ne quanta in Petri successore esset auctoritas  
cum nullis alijs ferme armis , quam maiorem  
traditione vallatus , omnium ferme Orientalium  
& Occidentalium imperium sustinuerit Episcoporum , vndeque valida confertim facili-  
ex diuinis scripturis vibrantium , quoniam fuc-  
tissimos iustus unus ille semper obiectus clypeo  
traditionum exceperit , atque reiecit , reddidique  
pro-

V. Baron.  
An. Chr.  
146.

prosternentes. Hinc Vincentius Lir. contra  
hæ. ca. 9. ait hunc Stephanum Pont. ad Africanas  
Ecclesiæ scripsisse: Nihil innouandum. nisi quod tra-  
ditum est (seruatur) intelligebat enim Vir sanctus  
& prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere  
nisi ut omnia qua fide à patribus suscepta forent,  
eadem fide filii consignarentur, nosque religio-  
nem non qua vellemus ducere, sed potius qua illa  
duceret sequi oportere: idque esse proprium  
Christianæ modestiæ & gratuitatis non sua po-  
steris tradere sed à maioribus accepta seruare.

## SIGNVM CXCIII.

*Venationes illicitas execrari.*

**S**ynodus Trident. sessi. 24. De reforma. ca. 12.  
Præcipit clericis ut ab illicitis venationibus, au-  
cupiis, choreis, tabernis, lusibusque absineant, atque  
morum integritate polleant. Illicitæ autem sunt ve-  
nationes clamoris, nam si sine clamoribus & ma-  
gno strepitu instituantur causa recreationis vel  
necessitatis (quando feræ noxiæ sunt alienis agris  
vineis vel hortis) licitæ sunt vi. P. Fusæum de sta-  
tu Cleric.

## SIGNVM CXCIV.

*Constanter veritatem & liberrime &  
quitatem tueri.*

i. **C**Vm Card. Contarenus magna auctoritate  
& libertate in dicendo esset usus in ma-  
Ddd 5 gna

*Platus de  
offi. Card.  
c. 28.*